R Arm. 11 76. ~~41~~

Virorum summe,

Victorem, Triumphatorem, Pium, Foelicem. Auriacum dum stupes, dum famulantia votis omnia prosectis coelitus favoribus imputas, agnoscisqꝫ cuncta dispensantem votorumqꝫ quin etiam summa superexcedentem Deum sistunt sese tibi qualiacumqꝫ Henrici Bernarti vota, nec illa viro bono indigna, aut discovenientia. Virorum juxta tecum praestantissimus, idemqꝫ amicorum fidissimus Vicofortius, authoritatem suam precibus atqꝫ intercessioni suae permiscere cum sit dignatus, patere, sodes, fatentem, esse ipsum virum bonum, cui bene velim, cognatum meum. Si quid et hoc ad rem, Multorum mores hominum qui vidit et urbes. Addere licet et hoc, esse fidum, et cui tuto committi possint, vel nec temere, nec cuivis etiam probationis notae committenda. Adest insuper huic meae testifica-tioni fides, adest insuper nulli redarguenda veritas. Post Heroem Vicofortium, sit, rogo quaesoqꝫ, quod debitorum, sese quorum tibi debendi reum profitetur, suorum cumulo adiectum agnoscat fateaturqꝫ.

Virorum summe,

Totis animae viribꝫ Studiosissimus

Grasswinckel.

1 Sept 1649 Hagae

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

'S RYKS ARCHIEF.

Heroi Zulichemo.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3824b

© Universiteitsbibliotheek Leiden
BPL 2212
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/3824b